

Publication/Creation

June 1949

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/zqzfacdw>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

inline. Herba in capite statuæ cuiuslibet nasci solet. ea decrecente luna
sublata, capitique circumligata, dolorem tollit. hemicranie etiam efficaciter medetur, si in panno rufo lino rufo ligata capiti uel temporibus alligatur. Radicem atractylidos herbae quam nostri carduum vocant, uel eius ramum, uel florem acia ligatum & capiti circundatum, dolori eius mederi constat. Nec minus herbam polygonon quam rubiam vocamus, circumdatam capiti dolorem tollere experti sumus. Ramus spinæ albæ alligatus capiti efficaciter medetur. Sinapi quoque cum ruta & aqua tritum & ad mellis crassitudinem redactum. Corona ex herba hierobotane, quam nos uerbenam dicimus facta, capitique imposita dolores tollit. Cucurbitæ uiridis ramenta cerebro imposta, infantibus quoque qui ex dolore capitatis naufragium patiuntur, ualidissime prosunt. Herba strumus contrita & cum oleo permixta impostaque temporibus, & toto corpori cum ipso oleo perducta, incredibiliter & capitis dolorem tollit, & languorem si quis fuerit corpore discutit. Radix cupressi tenuis capiti circundata dolorem eius leuat. Baccæ lauri in pari numero contritæ, & oleo adiecto calido fronti imposta prospicunt. Oleum ex nuce iuglande quæ manducatur expressum subitum capitis dolorem, si eo perfricitur, mire conpescit. Mallow cydoneum, palmulæ quinque, papaueris caput unum, dempto semine, usque ad quatuor cyathos cum aqua ad tertias decoctum & cum mulsa aqua potui datum, ualde prodest. Folia mali punici diligenter contrita, & deinde succus eorum uel ipsa oleo permixta, potenter etiam inueteratos dolores persanant, si inde adsidue frons & tempora perfricentur. Cum intrabis urbem quamlibet, ante portam lapillos qui in via iacebunt quot uolueris collige, dicens tecum ipse, ad capitis dolorem te remedium tollere, & ex his unum capiti alligato, cæteros post tergum iacta, nec retro respice.

Herba in capite statuæ
Rubia Græcis polygonon
EPI
Corona & amuleta
Herba prospicere organa
He Jol
S. Hippst
like a D
yn a D
P.

Creta quæ cimolia appellatur cocta ex aceto, fronti imposita potenter
medetur. Sal cum ruta tritum adiecto melle fronti inlitum, certissimum
remedium est. Fæcula qua infectores utuntur si spondam lecti priorem
qua uir cubat perunxeris, & spondæ medio inligaueris, dolores capitis re-
mediabis. Ex eadem aqua de qua bos aut asinus biberit paululum sum-
ptum & potatum tollit efficaciter capitis dolorem. Porti sectiui succum
coclearia duo, & unum mellis, permixta ituro dormitum uel in nares uel in
auriculam tepidum infunde, statim proderit. Pollinem filiginis admi-
xto oui albo, & quidpiam salis confricato, & fronti inlinito, & fascia super
ligato, mirabile est. Anethum ita ut de horto collectum fuerit decoqui-
tur ex oleo, & succus eius capitii infunditur.

Si de capitis dolore difficultis somnus sit , amygdalino oleo caput perungi oportet. Si de sole caput doleat , cupressi folia contrita quum polenta de hordeo , uel amygdalis , & succo portulacæ fronti inlinuntur. Magnetes lapis qui antiphysyon dicitur , qui ferrum trahit & abducit